Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



52 Cap. 4

in septimo expectant, Hinc est qd paulo attestante Abraham in casulis habitauit quia habentem fundamenta ciuitatem quam sup nos artifex construit expectabat, porro enoch genuit irad. &c. usq; & matusalem genuit lamech qui accepit uxores duas, nomen una ada & nomen alteri sella, Lamech quippe interpretat percutiens ipse percussit & interfecit cain. Et ipse primus adulterium commisit eo qd se in duabus uxoribus diuisit,
Hic notandum est quod in progenie seth nulla ibi progenita femina nominatim exprimitur nisi tantum in progenia cain commemoratur. per quod significat terrenam ciuitatem quae a cain concepit usq; suum finem carnales habituram generationes quae maritum a feminarum coniunctione puenunt,
Unde ad testimonium sella umbra eius interpretatur.
Et ait lamech uxoribus suis occidi uirum in uulnus meum & adolescentulum in liuore meo. &c. Traditeni hebrei qd lamech occiderit cain & hoc confitetur uxoribus, Fuit inquiunt lamech uir sagittarius & gnarus uenandi sed longo senio tetus caligabant oculi eius & clare uidere non poterat. habebat quidem puerum adolescentulum qui ei